



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

LXVIII. Markgraf Ludwig verleiht an Nicolaus von Bismark das Schloß
Burgstal, am 15. Juni 1345.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

LXVIII. Markgraf Ludwig verleiht an Nicolaus von Bismark das Schloß Burgstal,
am 15. Juni 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et presentibus conferimus discreto viro Nycolao Bismark, ciuitatis nostre Stendal ciui, nobis sincere dilecto suisque veris et legitimis heredibus necnon Ruloni, Johanni et Christano, ipsius fratribus, Castrum dictum Borchstal cum omnibus suis pertinenciis, prouentibus et redditibus vndique sitis etiam qualitercunque nominatis cum agris cultis et incultis, questis et inquirendis, pratis, pascuis, paludibus, nemoribus, lignis et rubetis, cum aquis et aquarum decursibus, molendinis, necnon cum singulis et vniuersis pertinenciis eidem castro ex debito iure ac antiqua consuetudine pertinentibus iusto pheidii titulo, perpetuis temporibus pacifice et quiete sine impedimento quolibet possidendum. Debebit quoque idem castrum nobis, nostris heredibus et successoribus quando vel quocienscunque requisierimus per nos nostrosque Officiatos fore perpetue patulum et apertum, contra quemlibet hominem, cuiuscunque conditionis fuerit siue status. Ipse etiam Nycolaus, sui heredes atque fratres prenotatum castrum alicui exponere, vendere, mutare, seu quouis modo alienare, nisi nostro prehabito consensu nullatenus poterunt nec debent. Addicientes etiam si ipsum Nycolaum, heredes vel fratres suos occasione, ratione vel nomine nostri quod absit, dictum castrum contingeret amittere. Ex tunc ipsis ad solutionem ipsius secundum estimationem ydoneorum, decentem et condignam volumus obligari. In cuius etc. Testes swartzburg, Buch, lweyker, helb, Ber. magister coquine, milites, wolf et Loterbek. Actum Stendal, Datum vero Spandowe, anno XLV, in die beatorum viti et modesti.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXXVII.

LXIX. Arnold von Rossow und Andere bekunden, daß Peter von Mysen seine Rechte über einen Hof in Holzhausen dem Kaland zu Seehausen verkauft habe, und verbürgen sich dafür,
am 12. Februar 1346.

Nouerint uniuersi presencia visuri seu auditori, quod nos Arnoldus de Rossou, Vicko de Krügen, Otto de Ghere, famuli, publice protestamur per presentes, quod Petrus de Mysen, famulus, iuste vendicionis titulo vendidit omnia feudalia unius mansi sitii in Holthusen, qui est domini Hinrici Offemann sacerdotis, tam precariam tam seruicium cum omni iudicio atque iure, ita quod dictus Petrus nihil penitus reseruat in manso prius dicto discretis viris fratribus Kalendarum in Sehufen ita quod etiam ipsis proprietatem singulorum pheudalium prememoratorum a magnifico principe Domino Marchione Brandenburgensi litera suo authentico sigillata super antedicto manso debet labore proprio ordinare Que prenarrata nos prenominati Arnoldus de Rossou, Vicko de Krügen, Otto de Ghere promittimus data fide et in solidum tanquam principales his fratribus Kalendarum in Sehufen ad manus ceterorum et dominis Hinrico